

firmantes tenimenta, homines et possessiones universas, quas donatione regum, concessione principum, oblatione fidelium sive quolibet iusto titulo eadem ecclesia nunc tenet et possidet vel inantea iuste poterit adipisci, mandantes quatinus nullus sit, qui memoratum venerabilem Castellaneti^l episcopum et ecclesiam eius de iamdicto casali Sancti Andree hominibus, tenimentis et possessionibus eidem ecclesie pertinentibus inquietare audeat seu modo quolibet molestare. Ut autem huius nostre liberalitatis protectio et confirmatio perpetue robor obtineat firmitatis, presentem exinde conscribi paginam et nostre maiestatis bulla cerea iussimus roborari, anno, mense et indictione subscriptis.

Data Panormi, anno dominice incarnationis millesimo^m centesimo^m nonagesimo sexto, mense Februarii quarte decime indictionis, regnante domino nostro Henrico sexto Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto et rege Sicilie potentissimo, anno regni eiusⁿ vigesimo quarto, imperii vero quarto et regni Sicilie anno secundo, feliciter, amen.

Dep. Ks. 11 a.

Konstanze erteilt dem Grafen von Lecce [Robertus de Bicarro] ein Bestätigungsprivileg bezüglich der Grafschaft.
[1195 Mai–1196 Februar]

Erwähnt in D Ks. 36 a, das zugleich den Terminus ante quem ergibt. Den Terminus post quem bietet der offizielle Epochentag Konstanzes (Kölzer, Urkunden und Kanzlei, S. 101f. m. Anm. 126).

l) Castel *korr. E.*

m) o *korr. E.*

n) eiusdem *E.*